



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

12. An & quâ ratione Legislatores suis legibus ligentur in conscientia? an ad poenam à se pro alijs statutam? an Principes comprehendantur in suis statutis irritantibus certos contractus? an Augusta ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

gistratus spectare, cum causa merè spiri-
 tualis sit & Ecclesiastica, in quam secluso
 privilegio Laici jurisdictionem exercere
 non possint. Praxis autem, quæ in contra-
 rium allegatur solùm favet rescriptis pri-
 vatis, vel obtentis inter partes, vel ad in-
 stantiam unius, non autem Bullis & legi-
 bus universalibus Pontificiis *Rao in respons.*
ad dubia circa immunit: Eccl: quacunq; con-
suetudine in contrarium positâ, quia nul-
lam vim habere potest nisi fuerit legitimè
præscripta cap. non est de consuet: in 6. Gl. in
ult. de consuet. quæ in casu jurisdictionis
Ecclesiasticæ opponi non potest cap. cau-
sam de præscript. Azor. Tom 1 lib. 5. cap 12 fol.
356. Colum. 2. §. quod verò de consuet. dictum.

12. Legislatores independens per se &
 directè non obligatur suis legibus, quia
legibus solutus dicitur L. Princeps ff. de leg. ne-
 que regulariter ex vi pacti seu conventio-
 nis initæ cum communitate tenetur ad
 faciendum quod aliis præcipit, quia etiam
 eâ non interveniente indecorum & dif-
 sentaneum rationi foret, principem o-
 mni prorsus titulo ab observatione pro-
 priarum Constitutionum absolvi. *Suarus,*

Salas & alij communiter. Tenetur ergò saltem indirectè suis legibus, quarum observatio ac usus æquè Principem ac subditos decet, oriturque huiusmodi observatio non ex ipsa lege formaliter, sed immediatè & proximè ex ipso jure naturali & honestate rationis. *Baldus lib. 2. Cod. de Servitut. num. 40. Felinus cap: 1. de constit: num. 30. & 31.* quatenus ratio præscribit, ut quas leges Princeps condit, ipse eas observet, seque membris suis, quorum caput est, conformet. *D. Thomas 1. secunda q. 69. ab tertium.* turpis enim pars est universo suo non congruens. *S. Augustinus libr: 3. confess: cap: 8.*

13. Difficulus explicatur, an ex vi directiva Legislator obligetur sub mortali ad eas servandas? arbitror probabilius esse semoto scandalo Principem non servando leges fundatas in jure humano non peccaturum mortaliter, nisi eas servaturum se juraverit, *Lessius libr. 2. cap. 35. disp: 5. n. 34. Azor. loco cit. cap. 11. q. 1.* quia non videtur gravis deordinatio Legislatorem non conformari subditis in observantia Legum, ad quas solùm indirectè ex quadam